



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. XIII. De argenti, atque auri, & oricalchi supellectilibus ad id sacellum  
pertinentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

monio aperiremus, cum alias eiusdem sacratissima Virginis nomine, & miraculorum splendore illustres Ecclesias semper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam eius in Alma Urbe Basilicam S. Marie Maioris appellatam, & illius sacratissimam imaginem, quae inibi venerabiliter afferuatur, præcipua quadam, & pia devotione affecti sumus; etenim Imaginem hanc Christifidelium Religionem semper claruisse, pluraq; & insignia ex ea miracula prodisse antiqua monumenta testantur; ipsius vero Basilica fundamenta ab eadem Virgine preclaro nivis miraculo designata fuisse, veterus traditio docet, plurimis item privilegijs, & gratiarum tam spiritualium, quam temporalium titulis, & prerogatiis ipsa Basilica, ipsaque imago a B. Gregorio Magno, & alijs summis Pontificibus predecessoribus nostris decorata reperitur, ac frequens ad eam non modo Romani populi, sed exterarum nationum deuotus concursus accedit. Itaque ubi primum ad Apostolatus apicem euecti fuimus singulari erga hanc gloriissimam Virginem, & illius sacratissimam imaginem predictam deuotione, & diuinam quadam inspiratione permoti, in illius honorē insignem Cappellā a fundamentis extruere, &c.

*Construatio cap-  
pelle à funda-  
mentis.*

## DE ARGENTI, ATQVE AVRIL

Et orichalchi supelletilibus ad id Sacrum pertinentibus.

### Cap. XIII.



A G N A Crux argentea, cuius pondus ad centum, vigintio octo libras, & dimidium ascendiit, & duobus millibus centum quinqua ginta aureis estimatur.

Sex candelabra cum argenteis aequalibus ponderant libras 156. duobus millibus, & tercentum scutis estimantur.

Bina magna candelabra argentea, quibus magna cerea nituntur, & ponderant libras 114. mille, & 400. aureis estimantur.

Sex varia sanctorum capita argentea, horum pondera, ad libras 114. perueniunt, estimantur duobus millibus, & triginta aureis.

Duo fercula argentea, cum Parastadis, ponderant libras 23. & dimidium, quingen. tis nummis estimantur.

Duo brachia argentea, cum Parastadis, ponderant libras 23. tercentum septuaginta nummis estimantur.

Lampas argentea, ponderat libras 31. nummis quingentis estimatur.

Pix pro sacra Eucharistia seruanda, ponderat libram vnam, & dimidium, triginta nummis estimatur.

Sancta Agnetis ferculum, cum Parastadis ex inaurato argento, octo rubinis circundantibus ad stellæ figuram, ponderat libras septem, tercentum nummis estimatur.

Sex vascula argentea, cum Parastadis pro floribus afferuandis, ponderat libras 24. quatuorcentum triginta nummis estimantur.

Calix aureus, cum patena, adamantibus, rubinis, zaphiris, & smaragdis illustratus, ponderat libras tres, vncias octo, nummis octingentis estimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, vncias decem, sexaginta nummis estimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, quadraginta nummis estimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, triginta nummis estimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libram vnam, & vncias nouem, quadraginta nummis estimatur.

Calix parvus argenteus, cum patena, ponderat libram vnam, & dimidium, vinti quinque nummis estimatur.

Calix cum argentea pixide, decem nummis estimatur.

Pollubrum cum aquali ex argento, folias exprimente, ponderat libras nouem, & dimidiā, centum triginta nummis estimatur.

Pollubrum ouati speciem præferens, cum aquali, Hispano more conditum, ponderat libras quinque, septuaginta quinque nummis estimatur.

Duo parua pollubra argentea pro sacrificijs, ponderant libras tres, nummis quadraginta estimantur.

Binæ argenteæ ampullæ pro sacrificijs, ponderant libram vnam cum dimidia, vinti tribus nummis estimantur.

Pax argentea deaurata, ponderat libram vnam, vinti nummis estimatur.

Duo parua candelabra argentea, ponderant libras tres, nummis quadraginta quinq; estimantur.

Parua crux argentea inaurata, tribus nummis estimatur.

Bugia argentea, ponderat vncias octo, nummis sex estimatur.

Antilia argenti cum spargulo, ponderat libras

libras duas, nummis triginta quinque aestimatur.

Planta roſarum auro conſtructa, quingentos aureos nummos aestimatur.

Sanctæ Emerentianæ Virg. & Mart. ferculum ex montano crystallo maximo artificio elaboratum, gemmis mirificè exornantibus.

Quatuor candelabra argentea, vna cum cruce, & lampade, pro sanctæ Franciscæ Romanæ ædicula.

Binæ coronæ insignibus gemmis compactæ ad Matris, & Filij honorem.

Secunda planta roſarum auro conflata, ad quingentos aureos nummos ascendens.

Sanctæ Cæciliae Virginis, & martiris facrum ferculum mira arte fabricatum, & multis, ac varijs gemmis, atque adamantibus ornatum, quod bis mille aureos nummos aestimatur.

Manus argentea pro S. Gregorij Septimi Papæ reliquia conſeruanda.

Præter hæc bina magna candelabra, quibus duo magna cerea adhærent, perpetuò accensa ante Beatæ Virginis imaginem ex orichalco.

Crux cum Crucifijo ex eadem materia formata.

Sex magna candelabra prædictam Crucem comitantia.

Candelabrum maximum, cui Christifideles candelas accensas apponunt, propè Diuina Franciscæ ædiculam positi ex orichalco.

Lampas magna quinque lycnis adiunctis affiduè ardentes, diligenter eadem materia condita.

Quatuor candelabra, pro sancti Caroli Altare, vna cum lampade, atque Cruce, ex codem confecta.

Quatuor candelabra hisce similia, cum lampade, atque Cruce pro sanctæ Franciscæ Altari ex eodem confecta.

Quatuor candelabra hisce similia, cum Cruce pro facrarij Altare ex eodem coſfecta.

Neque verò dictis Pontifex contentus, illustrem Arcam egregie ornatam ex inaurato are confluit, mille aureorum pretium continentem, in qua Virginis Imago conſeruaretur; atque adeò omnis occasio, deinceps illam amouendi ceſſaret.

Paulus Quintus etiam ſplendidè pro Papa li Cappella faciendum curauit ſedilia, thronum, thalamum, veſtibulum, ſcabella, atq; gradus, cum alijs ad hoc ſpectantibus.

Duo pretiosa pallia mira arte penitus acu elaborata, vndique auro nitida, in medio cum sancti Caroli Borromaei imagine, vtra-

A que verò parte Pauli Quinti Pontificis Maximi insignibus, è Mediolano ad Paulum V. missa pro Divi Caroli magnifica pompa, dum inter Sanctos annumeraretur.

Duo linnea pro Altare cooperiendo, auro vndique exornata, quæ pro apparatu defuerunt cum sanctus Carolus Borromæus in Sanctorum numerum fuit à Pontifice Maximo adscriptus.

Duo sancti Caroli pallia antea notata; planeta, tunicella, faldistorium, & cætera ad Pontificiam Missam requisita, auro ſplendide acu inferto, composita, & quæ pallijs affimilantur, cum Pauli Quinti Pontificis Maximi insignibus.

Vna dalmatica, & tunicella ex ferico, Diacono, & Subdiacono græco inferuientes, omni ex parte auro definitæ, & Pauli Quinti insignibus illustres.

Vnum pallium cum planeta ex ferico albo, flores exprimente, multo auro decorata binis Cardinalis Burghesij cum insignibus, in medio verò cum Beatæ Virginis imagine, quæ in S. Mariae Maioris Basilica conſeruatur.

Vnum pallium, & planeta ex ferico; vaſa, & flores adumbrante cum aureis ſafcijs, atque tænijs, duobus Sulmonæ Principis cum insignibus, in medio autem cum Beatæ Virginis imagine, quæ in S. Mariae Maioris Basilica continetur.

Vnum pallium ex ferico, auro, atque argento intertexto, dracos, & aquilas exprimente, duabus cum planetis, & tunicellis.

Vnum pluiale, & duo stragula pro Mifali, cum theca corporalis, atque binis puluinaribus, vndique auro exornata, Pauli V. Pon. Max. cum insignibus.

Vnum pallium ex ferico, auro, atque argento inferto, flores adumbrante, cum planeta, dalmatica, & tunicella, atque pluiali, &c. Pauli Quinti Pontificis Maximi cum insignibus.

Vnum pallium ex ferico albo vndas exprimente, cum duabus planetis, dalmatica, & tunicella, binis pluialibus, &c. omni ex parte auro ſplendidis, Pauli Quinti cum insignibus.

Plurima etiam alia pallia adſunt eorumdem colorum, atque ornamentorum.

Vna planeta ex argenti lamina cum drachis, & aquilis mira arte contexta.

Plurimæ etiam aliae planetæ adſunt ex ferico albo, rubro, viridi, & puniceo, omnes auro deornatæ, nec non ex ferico vngulato, Pauli V. cum insignibus.

Adſunt

Adsum pariter omnes apparatus ex serico, auro illustres, omni tempore necessarij pro Episcopis consecrandis.

Adest magnus corporaliū numerus egregie acu pictorum; atque albae vestes linea: nec non pro altaribus linteas, vna cum ingen ti rerum copia ex lino fictarum ad quotidiana num sacrarii vsum.

Duo pallia pro paruis Sacelli aris, cum fascijs ex auro, atque argento intextis, Pauli Quinti cum insignibus.

Duo pallia ex serico, dracos, & aquilas exprimente, auro decorata, Pauli Quinti cum insignibus.

Plura etiam alia ex diuersi coloris serico vngulato, vndique auro circundata, Pauli Quinti cum insignibus.

Binae Cruces aureae in pectore gestandæ, vna zaphiris, altera rubinis pernobilis.

## DE INDVLGENTIIS.

### Caput X I V.

Pauli V. Pont.  
Max Breue.

**P** A V L V S Papa Quintus. Vniuerso Clero, & Populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad Apostolica dignitatis fastigium, cum pri-  
mum à Domino nullo suffra-  
gio meritorum, sed eius inscrutabili consilio fuimus euocati, illud in maximis habuimus, ut per excelsa Virgini Dei Genitrici aduocate no-  
stre debiti honoris, & venerationis à nobis extaret insigne, & quam sensimus in humilitatem nostram multiplici patrocinij beneficio clemen-  
tissimam, eidem præstaretur de acceptis bonis oblationis obsequium. Cum itaque eiusdem sanctissime Virginis venerandam, maximeque vetustam, ac celebrem imaginem, que in Basili-  
ca Sancte Marie Maioris nuncupata huius Almae Urbis religiosissime colitur, decentiori loco collocari posse cerneremus, ac nostra in eandem sacram imaginem precipua deuotione ad eam collocandam incitaremur, diuina fauente clemen-  
tia, nouum in eadem Basili-  
ca Sacellum in honorem Beatisime Virginis Marie, quanto cum ornatus splendore in Domino possemus, excitare de-  
creuimus, & quamprimum fieri potuit inchoauimus: quo autem magis illud honoraremus vna cum Cæli Regina, duos etiam caelestes Ci-  
ues Sanctorum honoribus à nobis in terris illustratos, in eodem Sacello venerari voluimus. Quā-  
obrem S. Confessoris Caroli, sancte q. Vidue Frä-  
cise nominibus Altaria erigi iussimus, eisdemq.  
Altaribus vnam eiusdem sancti Caroli costam,

A aliaq. sancte Francisci reliquias deflnauimus. cuius facelli opus, quando Spiritus sancti gratia iam est consummatum, neque aliud restat. quā ut sacra Dei matris imago, ac Sanctorum huiusmodi reliquiae cō transferantur, quo translatio hæc cum honore, & fidelium spirituali fructu peragatur, caelestibus Ecclesiæ theauris ad eandem concelebrandam Christifideles invitandos duximus. Quonobrem de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christifidelibus, qui ciudem translationis processioni cum Clero, & populo agende interfuerint, sine die, qua illa agetur, aut aliquo ex sequentibus diebus Sacellum, & Altaria prædicta, confessi, ac sacra communione refecti, deuote visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac sancta Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, que tamē semel tantum acquiri possit, misericorditer in Domino concedimus, & indulgemus: presentibus diebus octo diebus, dumtaxat valituri. Datum Rome, apud S. Marcum, sub anulo Piscatoris, die 22. Ianuarij. M. DC XIII. Pontificatus Nostri anno octauo.

Locus ✠ Sigilli

Scipio Cobellutius.

**P** A V L V S PAPA V. Vniuersis Chriftifi-  
delibus præsentes litteras inspecturis, salutem, &  
Apostolicam benedictionem. Ad augendam fide-  
lium religionem, & animarum salutem caele-  
stibus Ecclesiæ theauris, pia charitate intenti.  
Omnibus & triusque sexus Christifidelibus vere  
penitentibus, & confessi, ac sacra communione  
refectis, qui sancti Caroli, in eiusdem sancti Caro-  
li, ac sancte Francisci Altaria, sita in Capella  
à nobis extructa in Ecclesia sancte Mariae  
Maioris de Virbe, in eiusdem sancte Francisci  
festis diebus, a primis Vesperis &que ad occa-  
sum solis, dierum huiusmodi singulis annis re-  
spestiue, deuote visitauerint, & ibi pro Chri-  
stianorum Principum concordia, heresum extir-  
patione, ac sancte Matris Ecclesiæ exaltatione  
pias ad Deum preces effuderint, quo die prædicto-  
rum id egerint, plenariam omnium peccatorum  
suorum indulgentiam, & remissionem misericor-  
diter in Domino concedimus, præsentibus, perpe-  
tuis futuris temporibus valituri. Datum Ro-  
me apud S. Marcum, sub anulo Piscatoris, die  
vigesimasexta Octobris. M. DC. XII.  
Pontificatus Nostri anno octauo.

Locus ✠ Sigilli.

Scipio Cobellutius.

Paulus